4853 stetisse titulum olim in suburbano eo, quod Romana aetate fuit Bocchignani in regione Sala in vineis quae nunc sunt Guadagni et Baiani, iudicat TOMASSETTIVS (apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1876 p. 8 et 1878 p. 28). Media via inter Montopoli et Poggio Mirteto in agro huius in angulo casae rusticae nunc Ferruti (Tozi RICC., Mezzatosta GVATT.) STEVENSON, ibidemque viderunt PRIORES.

IMP · CAESARI · M ·
AVR · *antonino*
PIO · FELICI · AVG ·
DIVI · MAGNI ·
ANTONINI · FILIO
DIVI SEVER*i nepoti*

Recognovit Stevenson. Aloysius Riccomannius, qui vidit a. 1766, inter Gallettiana cod. Vat. 7929 f. 366 et inter Amadutiana ms. Savign. (inde Amadutius anecd. 4 p. 519); Guattani *mon. Sab.* 2 p. 335 a Battaglia.

Elagabali est.

4854 Bocchignani SAB. CITT. Basis in palatio *del Duca* WINGHE. Card. S. Angelo STAT., quae est eadem domus. *Se hallo fuera de Roma en tierra de Sabinos y creo que Fulvio Ursino la hizo traer* AVGVST.

SCIPIO · AFRICANVS
COS · BIS · CENSOR
AEDILIS · CVRVLIS
TRIB · MIL

Ligorius in Sabinensi libro Manutii f. 5′ = 99′ (inde Manutius orth. 23, 2; ex eo Ligorius Taur. 18 et 19; Grut. 397, 4 neque aliunde opinor Augustinus dial. ed. 1587 p. 436); Ach. Statius cod. Vallic. f. 180; Cittadinius cod. Marc. p. 103; Winghius cod. Brux. II f. 29. Inde C. I. L. I p. 280 el. XV.

Simul prodiisse videtur herma Menandri poetae C. I. Gr. 6084: Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς ἐγεννήθη ἐπὶ ἄρχοντος Σωσιγένους, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ν̄ καὶ β̄ ἐπὶ ἄρχοντος Φιλίππου κατὰ τὸ β̄ καὶ λ̄ ἔτος Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος βασιλείας. Hunc quoque primus Ligorius profert in libro Sabinensi f. 6 = 100 sane ex lapide descriptum, nam pro eo quod est ΚΑΙΒ dat ΜΑΙΩ, pro ΦΙΛΙΠΠΟΥ autem ΦΡΑΙΠΑΟϹ errans in legendo, nequaquam igitur fingens. In Taurinensi volumine illo loco vera lectio est, hoc pro ΦΡΑΙΠΑΟϹ legitur ΦΑΙΔΩΝΟϹ.

4855 cippus marmoreus parvus. Rep. inter parietinas suburbani olim splendidi in confiniis Bocchignani et Montopoli in territorio Bocchignanensi in fundo q. d. *la Caravilla*, est Bocchignani in domo Guadagni RICCOM. Ibidem adhuc.

L · NONIVS · QVINTILI
ANVS · L · F · SEX · N · C · SOSI ·
COS · TRIVMPHAL · PRO · NEP
AVGVR · SALIVS · PALAT ·
VIX · ANN · XXIIII ·

Recognovit Stevenson. Riccomannius, qui vidit m. Oct. a. 1768, inter Gallettiana cod. Vat. 7929 f. 365′ et inter Amadutiana ms. Savign. (inde Amadutius anecd. 4 p. 524; ex eo Marini Arv. p. 524). Orelli 2243 = 4954.

C. Sosius triumphavit a. u. c. 720 (vol. I p. 461. 478), consul fuit a. 722.

4855*a* *a Bocchignano castello dell' abbatia di Farfa, dove si trovano alcuni tegoli con* VOCONIVS SAB. Sine loco PANV.

L · F L A V I V S
N O V A T V S
VICTOR · IVNIANVS
T R I B · L E G · III
C *y* R E N A I C A E
P R A E F · C O H · II
CLASSICAE · SIBI · ET
FLAVIAE · QVIETAE · VXORI

Fide stat auctoris libri Sabinensis f. 5′ = 99′; nam ab eodem exemplo omnino pendent Panvinius cod. Vat. 6035 f. 67′ et Grut. 413, 3 ex Ursini schedis.

2 NOV Grut. — 5 CIRENAICAE Sab. Panv., CYREN Grut. — 7 SIBI Grut. — 8 QVIÆTAE Panv. — VXOGI om. Grut.

4856 *al Poggio Mirteto.*

. . . .
C · PLOTIVS · ATEDIA . .
ASIATICV . . VA
VIATOR · COS · PR · HIC · SITV · ·
PLOTIA · ASIA · MATER · HIC · SITA . .

Fide stat auctoris Sabinensis libri Manutii f. 5′ = 99′ (inde Grut. 627, 3 et diverse in add. ex schedis Ursini per Gutenstenium), id est Ligorii; at magis est, ut sit genuina.

Grut. in ipso opere dat fere ut in libro scripto legitur, at in add. sic: C · PLOTIVS · ATEDIANVS | ASIATICVS | VIATOR · COS · PRAET . . . | VIX · AN · LX · IN · VIRD · VIII | . . . . .

4857 fistula plumbea rep. inter Poggio Mirteto et Montopoli in praedio Battagliae in loco q. d. *il Vallone*, extat Poggio Mirteto apud notarium Lucidi.

RESTITVTI VA . . . .

Tomassetti ms. et apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 28.

4858 fistula plumbea rep. ad S. Valentini ad fontem q. d. *Fonte Varrone*, nunc apud Claudium Battagliam.

P THEBANIVS SABININIANVS FECIT

Lanciani *Bull. dell' Inst.* 1870 p. 44.

4859 Montopoli SAB.; *nella parete esteriore della casa dell' arciprete* RICCOM. Ibidem viderunt PALM. et STEV. In Sabinis URS.

DIS · MANIBVS
AEMILIAE · SP · F
PIAE
VIX · AN · XV ·
MENS · VI · D · II
Q · COSSVTIVS Q F

Recognovit Stevenson. Ligorius in libro Sabinensi Manutii f. 6′ = 100′ (inde Manutius orth. 20, 3; Ursinus fam. Rom. p. 80, quamquam ait 'descripsimus'; Grut. 855, 6 'Ursinus Grutero'); Riccomannius a. 1769 inter Gallettiana cod. Vat. 7929 f. 364; Gregorius Palmieri dedit Henzeno.

2 AEM/LIAE Stev. — SPE Palm. — 3 habent Palmieri et Stev. soli. — 4 ANN·XV Lig., ANN·V Palm. — 5 MENSES·VII Sab.

4860 in via qua a Poggio Mirteto itur ad S. Valentini prope casam Ferruti TOMASS.; *territorio di Poggio Mirteto predio vocabolo S. Savino* GVARD.

C ANNAECL|
NICOMAC|*hi*

Tomassetti ms. et apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 29; Guardabassius vidit.

1 CL Guard., CI Tom. — fin. hiatus non indicatur.

4860*a* lapis Tiburtinus parallelepipedus; cuius latera quinque levigata sunt, sextum ei quod scriptum est oppositum rude remansit; prope cernuntur saxa alia complura ad opus secta, in his duo canalem magnum ostendentia. Haec omnia extant Poggio Mirteto ad viam a vico ad stationem viae ferratae, in pariete exteriore casae rusticae Rotolano.

Guardabassius misit.

In principio quod cernitur spatium scabrosum litteras nullas videtur habuisse. Sine dubio titulus hic pro cella vinaria oleariave prostitit; extrema littera, si sumere licet in altero saxo simili titulum continuatum fuisse, praenomen est domini fundi, si minus, significatur fundi ipsius vocabulum littera singulari, puta *de prelis M(arianis)*.

4861 ad Poggio Mirteto in ecclesia campestri S. Martini muro immissa SPER. Ibi extrinsecus certe non extat STEVENSON.

P · C O R N E L I O
p. f. SER · N*a*TAII
P · CORNELIVS · SABINVS
P E S C E N N I A E
D · L · H O R A T

Sperandio Sab. p. 76.

2 FESERNVTAII traditur. — 5 malim Ↄ·L·FLORAE.